



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118030

§. 15. Concilium Melodunense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

Sæcul. XIII. *Ius rem tantam neglexerit, ac dissimu-*
A.C. 1225. *laverit, Magistratum & Ministros ad*
implendum officium suum non compulerit,
si in eo loco Romanus Pontifex commo-
retur, cum suis Fratribus Cardinalibus
omnibus infra mensim exeat, & anti-
quam satisfiat, illuc nunquam revertatur.
Præterea si populus, tertium monitus,
Rectorem suum, sic excommunicatum &
Regimine amovere contemperit, civitas
Interdicto Ecclesiastico subjaceat. Hæc
Constitutio die vigesima Novembri
anno millesimo ducentesimo vigesimo
quinto data est.

§. XV.

Concilium Melodunense.

to. II. p. 290. *Cum in Octava Omnia Sanctorum,*
videlicet die octava ejusdem men-
sis Novembri, Ludovicus Rex Conci-
lium, Meloduni celebrandum, convo-
casset, Episcopi Franciæ, præsente Ro-
mano, Legato S. Sedis, instanter a Rege,
& ejus Baronibus petierunt cognitio-
nem omnium causarum de rebus mobi-
libus, ob quas Ecclesiarum Vasalli con-
tra quemcunque coram Episcopis actio-
nem moverent, affirmantes, Ecclesiam
Gallicanam hujus juris possessione gau-
dere. Quibus Rex se opponens argu-
mentis evidenteribus afferebat, dissonum
rationi esse, quod peterent, cum causa
mobi-

mobilium, nisi ea vel vi juramenti, vel Sæcul.XIII.
Feudi & Homagii, vel Testamenti, vel A.C.1225.
 Matrimonii peterentur, mere laicalis sit,
 nec ad forum Ecclesiasticum aliquatenus pertinere videatur. Dicebat Rex,
 eorum possessionem irritam esse & inanem, scilicet nec Regi Philippo parenti
 suo, nec sibi unquam cognitam, maxime, cum nemo possit jus Domini sui de-
 terius reddere. Tandem, Sacræ Sedis
 Legato animos conciliante, causa ista u-
 trinque suspensa relicta est. Hic dispi-
 cimus, ad quasnam causas jam illa æta-
 te Jurisdictio Ecclesiastica extensa fue-
 rit. In eodem Concilio multum de In-
 duciis inter Franciam, & Angliam, ac de
 causa Albigensium tractatum; sed tunc
 quidem nec de una causa nec de altera
 quidquam statutum est.

§. XVI.

Concilium Bituricense.

Ad Festum S. Andreæ, nempe die ultima Novembris, anno millesimo du-
 centesimo vigesimo quinto, Romanus,
 Sedis Apostolicæ Legatus, Concilium Bi-
 turigis celebravit, quo Regem, Episco-
 pos, Abbates, totius Franciæ Capitula,
 & Raimundum Comitem Tolosanum,
 cuius negotium Legationis suæ præci-
 puum caput fuit, convocaverat. In eo
 Concilio adfuere Archiepiscopi sex, Lug-

p. 291.

Y y s dunen-